

www.e-rara.ch

Dissertatio de insignibus eorumq. iure

Faesch, Sebastian

Basileae, 1672

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-22465>

Caput XII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

venta sint. *arg. pr. I. de Jur. Pers. Pruckman. de Regal. c. 4. obs. 4. n. 12. & seqq.* Princeps liberam disponendi & immutandi facultatem habet. *cap. innovuit. 20. X. de Elect. & communiter Dd. ad cap. 1. & 7. X. de Const. l. fin. C. si contra jus & util. publ. Hæc de liberis.* Sed quæritur econtrà: Num nobilitas liberorum cum insignibus etiam ad parentes ascendat? Ita cui videri potest *per l. in sacris. 12. pr. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12. l. fin. per tot. C. de privil. Schol. lib. 12. l. hâc lege. 10. C. de Metat. & Epidem. eod. junctâ glossâ. Tiraq. de Nobil. lib. 1. c. 16. n. 1.* unde circa pœnam eodem privilegio gaudent parentes Decurionum, quo ipsi Decuriones. *l. 9. S. 12. ff. de pœn.* neque servus adversus matrem domini torqueri potest. *l. 2. C. de quest.* Sed magis est, ut speciale hoc esse in his legib. dicamus, ac contrarium observari in dignitatibus. *l. 1. S. 1. ff. de Senat.* ubi Saturnini sententia, quâ consularem dignitatem non ad uxorem tantum sed & ad matrem extendebat, rejicitur. Nobilitas enim (atque adeo etiam ejus insignia) ut vulgò dicitur, non ascendit sed descendit. *Sebast. Medic. de defin. cap. 42. n. 26.* Neque tamen inficiendum est, cohonestari quodammodo parentes Nobilitate & dignitate liberorum. *Nov. 81. c. 1. S. 1. ubi gl. in verbo Nobiliores. & Nov. 105. c. 2.* quibus consentit *Ecclesiastes cap. 3. v. 3.* Sæpius eâ lege conceduntur insignia, ut toti familiæ & agnationi ejus, in cujus gratiam concessa sunt, sint communia, ut Bartolus exemplo suo docet *tr. de Insign. n. 3.* quo casu non ad parentes modò, verum & ad transversales, qui illius familiæ & agnationis sunt, jure meritoque spectabunt: non item ad cognatos, affines & extraneos. *arg. l. 5. cum l. seq. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 4. l. 8. C. eod. Bart. d. tract. n. 10.* quem Dd. ferè omnes sequuti sunt. Si cui tamen insignia pro se tantum & filiis concessa fuerint, utique ad agnatos ea non transibunt, quemadmodum nec nobilitas, ad quam unus è familiâ ex speciali Principis beneficio evehctus est. *Hippol. à Collibus de Nobil. Axiom. 35.*

CAPVT XII.

Modi acquirendi insignia. Præscriptio. De insignibus Principum. Consuetudo. Statutum. Feudi acquisitio. Testamento onus ferendi insignia quomodo & quibus imponatur. Ut impleatur. An ad fideicommissarium universalem pertineat? Adoptio. Donatio. Pactum.

Transactio. Emptio. Insignium Auctio. Diminutio. Mutatio. Confirmatio.

- I. Quartus insignia acquirendi modus est Præscriptio. Chassan. *Catal. gloria mundi part. 1. consid. 38. concl. 47. Vultej. Conf. Marp. 17. n. 49. in fin. vol. 3.* licet enim in armis simplicibus nullâ opus sit præscriptione, sed ea pro lubitu quisque assumere possit, ut ab initio *cap. præced.* dictum est: modò talis sit, cui arma gestare liceat, neque alterius familiæ insignia, quævé Nobilibus tantùm conveniunt, affectentur, ut *ibid. monui.* Hæc tamen ipsa sunt, quæ etiam præscriptione quæri possunt: jus enim omne, quod alicui competit extingui & amitti præscriptione traditur *in l. 2. C. de constit. pec. l. un. C. de annal. except. l. 30. vers. omnis. C. de jur. dot.* ideoque hæc finitâ conqueri nequeunt, qui læsos se illâ armorum usurpatione prætendunt.
2. Quinimò ipsius Principis insignia sciente eo nec contradicente longissimi temporis i. e. 40. annorum possessione acquiri: illo autem ignorante immemoriali tempore præscribi posse, communis est opinio: cùm Majestatis jura tanto tempore comparari, major & sanior Dd. pars statuatur. Sixtin. *l. 1. Regal. c. 5. n. 152. 157. & seqq.* hæc enim præscriptio vim contractus, specialis concessionis, instrumenti publici & juris plenissimi obtinere dicitur. Cravetta *de antiq. tempor. part. 4. §. absolutis. n. 9.* Gail. *l. Obj. 21. n. 15.* modò nobilis sit & illustris, qui nobilissima Principis arma sibi adaptat. Chassan. *Catal. p. 1. conf. 38. concl. 47.* plebejus enim ne quidem immemoriali tempore nobilitatis quæcunque insignia acquirit, propter incapacitatem, ut loquitur Chassan. *d. l. nisi scilicet ad nobilitatem simul aspi- ret,* quam tanto tempore, cujus initii non extat memoria, comparari posse, communiter sentiunt Dd. Tiraq. *de Nobil. c. 14. Covarr. lib. 1. var. resol. 16. n. 10. Mascard. de Probat. concl. 1094. n. 2.* Ut præscriptione ita & consuetudine ac statuto, quorum illa tacitam, hoc expressam populi approbationem continet, insignia acquiri possunt. Pfeil. *Conf. 179. n. 26.* Si namque hæc nobilitatem conferre valent, ut fieri videmus in municipiis, ubi qui summos Magistratus gerunt nobiles reputantur: etiam nobilitatis insignia iisdem tribuendi potestatem esse credendum est: quæ tamen ultra locum consuetudinis & terminos municipiū se non extendit: ut ita tales domi & apud suos nobiles

Biles, foris ignobiles habeantur, ut multis demonstrat Tiraq. *de Nobil. cap. 20.* Porro per Feudorum collationem insignia quoque acquiri quotidiana experientia docet. Cum ab omni antiquitate principatibus, provinciis ac civitatibus symbola sua atque insignia fuerint, quibus agnosci & ab aliis distinguui potuerunt, ut supra *cap. 7.* pluribus ostendi, qui mos superioribus seculis etiam ad oppida & pagos derivatus est: inde Principes cæteri que Nobiles, qui provinciæ vel regionis aliqujus domini erant, sive eas earumque portiones in feudum à dominis acceperant, nomen & insignia illarum sibi tribuere cœperunt. Unde factum, ut in Imperio Principes, Comites ac Barones cum vexillis & clypeis, mit Fahnen und Panieren/ in quibus feudorum, quæ petunt, signa depicta sunt, investiantur. An verò ignobilis per feudi nobilis acquisitionem nobilitatem consequatur, & feudi sui insignibus uti possit, disceptatur inter Feudistas: quâ de re latè & eleganter differit Tiraq. *de Nobil. lib. 1. c. 7. per tot.* Nobis illorum sententia arridet, qui feudi nobilis acquisitionem nobilitatē non sequi, atq; aded ejus insignia ignobilibus deneganda censent. Tiraq. *d. c. 7. n. 3. 9. & 10.* Obrecht. *de Feud. lib. 1. c. 5. n. 21.* M. Steph. *de Jurisdic. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 2. n. 62. & seqq.* nisi à Principe, qui nobilitatē conferendi jus habet, ignobili cuiquam, quem ipse ignobilem sciebat, feudum nobile concessum, aut ab inferiore collatum ab illo confirmatum fuerit. Tiraq. *d. c. 7. n. 14.* Menoch. *Conf. 825. n. 68. & seqq.* Rosenthal. *de feud. c. 2. concl. 2. n. 9.* Vultej. *de Feud. c. 8. n. 9.* In Imperio investiti de Ducatu, Marchionatu aut Comitatu se non gerunt pro talibus, nec tales salutantur, sed appellantur solùm Possessores, Einhabere der Graffschafften und Herrschafften/ nisi simul ab Imperatore Comites vel Barones creentur. Rosenthal. *d. l. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 31. & 32.* unde nec insignia illarum ditionum præferendi jus habent. Sunt insuper modi acquirendorum insignium, quibus ea etiam invitis obtudi possunt, qualis est Successio, non illa quidem, quæ est inter parentes liberosq; & agnatos, de quâ *cap. superiori* dictum est: sed illa, quæ est inter extraneos, & fit eâ lege ut hæres arma defuncti suscipiat: qui modus sumendorum insignium hodie admodum frequens est. Roland. à Valle *conf. 59. n. 51. vol. 3. Natta conf. 678. n. 37. tom. 4.* Ea autem est duplex, ex testa-

mento & ab intestato, Testamento sanè nominis & armorum fuorum susceptionem alteri cuiunque libuerit, imponere regulariter cuius licet. *l. 7. in fin. & l. 63. §. si verò nominis ferendi. 10. ff. ad SC. Trebell. & ibi Dd. l. 19. §. fin. ff. de donat. Cic. lib. 3. Offic.* Ita Augustus Tiberium ejusque matrem Liviam, quos hæredes scripserat, & nomen suum ferre iussit, teste Suet. *in Aug. c. ult. Dio lib. 45.* unde ille Augusti, quod hæreditarium idèd vocat Sueton, *in Tiber.* hæc Juliae nomen sumpsit, ut nummâ testantur. Patet hinc conditionem hanc ferendi nominis non à viris modò, verùm & à fœminis impleri olim potuisse, quod etiam Cicero monet *ep. 8. ad Attic. lib. 7.* Id quod hodie quoque non de nomine tantùm, verùm etiam de insignibus, quorum par est ratio, dicendum est. *Burlat. conf. 228. n. 10. vers. 3. cum seqq. Menoch. conf. 926. n. 48. & conf. 1006. n. 13.* Hæreditas igitur seu legatum sub hâc conditione ad hæredis seu legatarii successores translatum, non ad filios modò sed & ad filias spectabit, ut præjudiciis & rationibus confirmant Charondas *resp. lib. 10. c. 37. & 71. Pilæus quest. 35. 52. & 58. Franc. de Barry de Success. l. 17. tit. 18. n. 6.* quamvis dissentiat Ant. Faber. *in Cod. lib. 8. tit. 37. defin. 1. n. 7. in not.* Hæc tamen cum grano falis accipienda mihi videntur: cùm nimirum solius recordationis causâ prædicta conditio adjecta est: si verò de insignium conservacione ac familiæ dignitate agatur, quæ conditionis hujus apponendæ causa fuisse videtur, quoties mens alia testatoris non apparet, apud masculos solùm & præcipuè primigenios, nominis insigniumque onus remanebit, per ea quæ tradit Bart. *in l. fin. ff. pro Soc. Guid. Pap. decis. 467. Tiraq. de jure primig. n. 35. in præf. Tessaur. decis. 270. n. 7. 10. & 32.* Neque est quod quis gravetur alienum nomen & arma suscipere, cùm ob id suæ familiæ propria deserere non cogatur, sed utraque conjungere & retinere possit. *Fachin. conf. 32. n. 22. lib. 5. & conf. 6. n. 7. l. 2. Tessaur. d. decis. 270. n. 9. & 13.* nisi testator expresse onus derelinquendi antiqua insignia, inque vicem sua substituendi, hæredi aut fideicommissario injunxerit: cui legi, si quis hæreditatis commodo frui velit, parere necesse habet. *Guil. Benedicti in Repet. cap. Raynutius. in pr. n. 47. & 48. Fachin. conf. 52. n. 16. & conf. 32. n. 20.* adèd ut nec ab ipso Principe possit remitti, *Tessaur. d. decis. 270. n. 6.* neque semel aut iterum

iterum paruisse sufficiat, sed perpetua atque continua insignium prælatio requiratur. Socin. *conf.* 259. n. 2. lib. 1. Tessaur. *d. decis.* 270. n. 5. & Goveanus *ibid.* n. 24. tunc enim gentilitiorum insignium jactura cum opulentæ hæreditatis lucro compensatur. Fachin. *d. conf.* 52. n. 17. *in fin.* & *conf.* 51. n. 27. Contraveniens autem voluntati testatoris omni commodo hæreditatis privatur, & fructus tanquam prædo restituere tenetur, sive per viam conditionis sive per viam modi testator voluerit hæredem assumere nomen & arma familiæ suæ. Grat. *conf.* 5. n. 75. & *seqq.* Paris *conf.* 15. *circa fin.* & *conf.* 19. n. 4. & *seqq.* Goveanus apud Tessaur. *decis.* 270. n. 22. Peregr. *de fideicom.* art. 11. n. 121. latè Vincent. Furfar. *de fideicom. substit. quæst.* 447. n. 1. & *seqq.* Nisi nobilis plebejum aut hic nobilem arma sua ferre jufferit : illo enim casu conditio censetur impossibilis, cum legi contraria sit, adeoque pro non scripta habetur, per *S. impossibis.* 10. l. de *her. instit.* l. 1. l. 6. & l. 20. ff. de *cond. inst.* l. 3. ff. de *cond. & dem.* hoc conditio videtur turpis & contra bonos mores. per l. 63. *S. si verò nominis.* 10. ff. ad *SC. Trebell.* quæ pariter non adjecta censetur. l. 14. ff. de *cond. instit.* cum quæ facta lædunt pietatem, existimationem vel verecundiam, & contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum sit. l. 15. *eod.* Hinc qui habet arma magnifica, cum sit antiquæ domus non potest minora & ignobilia assumere, inquit Chassan. *Catal.* p. 1. *conf.* 38. *concl.* 46. Interest enim Reip. ut ordinum familiarumque dignitas salva sit. l. 1. *S. sed etsi servus.* 13. ff. de *ventre inspici.* ne fortè alienæ fordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari, ut loquuntur Dioclet. & Maxim. in l. 9. *C. de Quæstion.* Cum igitur insignia hoc modo transeant ad hæredem, videbimus an etiam ad fideicommissarium universalem transmittantur? quod plerique negandum credunt. Peregr. *de fideicom.* art. 15. n. 38. Chassan. *d. conf.* 38. *concl.* 43. post Guil. Bened. in *cap. Raynutius.* in *verbis* : si *absque liberis de fideicom.* *substit.* n. 204. & *seq.* ad hunc enim non transmitti dicunt nisi ea, quæ commodum pecuniarium spectant : ideoque nec patronatus nec sepulcrorum jura transire. Lambert. *de jur. patron.* part. 2. lib. 1. art. 35. *quæst.* 2. *princ.* per l. *quia perinde.* 42. ubi Bart. & *Dd.* ff. ad *SC. Trebell.* Boër. *decis.* 146. n. 6. Nec testamento tantum sed etiam ab intestato, si nimirum loci consuetudo

rudo ferat, hæres induci potest, ut nomen & arma defuncti
 9. assumat. Tessaur. decis. 270. n. 7. Sæpè per modum Adoptio-
 nis ovis gestandi nomen & arma tam testamento, quàm inter
 vivos defertur : quâ de re egregiè multa differenter vide Ce-
 leb. JC. D. D. Brandmyllerum *Disput. 5. ad Inst. Th. I. Object. 2.*
 Id hæc ferè formulâ hodie fieri consuevit : Daß Erstgemelter
 N. für sich/seine Nachkommen/Eheliche Leibs-Erben und Erbens-
 Erben für und für unseren Namen / benemlich N. von N. und
 unser Wappen mit Schildt und Helm / wie wir uns dessen dieser
 zeit gebrauchen / führen solle / darzu wir ihn dann hiemit in bester
 und beständiger form Rechtsens/ auch mit gutem wissen und willen
 seines Herzen Vatters und seiner selbst an unsern eigen Eheleib-
 lichen Sohns statt adoptirt und angenommen haben wollen.
 Atque hunc deferendi insignia modum apud veteres maximè
 frequentatum fuisse, ne nobilium familiarum memoria in-
 termoreretur, testis est Caspar à Lerch *part. I. von des Adels Her-
 kommen. p. 10.* Ein beständige teutsche antiquität und denckwür-
 digkeit ist ; daß der Reichs-freye Adel zu erhaltung Ritterlicher
 Geschlechter / Namen / Schildt / Helm / Haab und Guts / das
 mittel der adoption etwann sehr im gebrauch gehabt / in dem viel
 Dapffere Rittersmann / wann sie ihres Geblüts / Schildt / Helm
 und Namens absterben und undergang gesehen haben / ihre nechste
 Freund und dero Kinder zu rechten Erben angenommen / &c.
 quem morem conservandi nomen & insignia illustrium fami-
 liarum non sine Nobilitatis detrimento hodie minùs frequen-
 tari, ideoque in usum revocandum esse, laudatus author *ibid.*
 10. statuit. Huic modo non multùm absimilis est donatio inter
 vivos, quâ quis nomen & insignia alterius ut suscipiat com-
 pelli potest : id enim si facere donatarius neglexerit, evertitur
 Donatio. Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. cas. 318. num. 14. & 15.*
 Tessaur. *d. decis. 270. n. 22. in fin.* ideoque simplex dici non po-
 test, cum non procedat ex merâ liberalitate. *l. 1. ff. de donat.* sed
 ob causam, cum sit onerosa quædam remuneratio facta in com-
 pensationem oneris ferendi arma donantis cum priorum
 abjectione, ut expressis verbis docet. *l. hoc jure. 19. in fin. ff. de do-
 nat. si tibi centum spondero hæc conditione, si jurasses te nomen
 meum laturum, non esse donationem, quia ob rem facta & res sequuta
 est.* Ita quoque statuunt Guil. Bened. *in cap. Raynutius. in pr.*

n. 50. Chaffan. *d. conf.* 38. *concl.* 46. Fachin. *conf.* 52. n. 18. & 20. Pacto denique & transactione insignia acquiruntur: nova enim quamvis propriâ autoritate assumere nemo prohibeatur, aliena tamen insignia absque titulo usurpare & rebus suis apponere permissum non est, ut supra dictum. Unde pacto & conventionione interdum comparantur. Sola ad *Constit. Sabaud. antiq. Rubr. de Insign. & arm. gl. 1. n. 10.* & sicut in ultimis voluntatibus ita & in contractibus conditio assumendi nomen & arma servari debet. Tesselaur. *decis.* 270. n. 1. & 2. Mart. Neap. *Digest. noviss. tom. 5. tit. conditio. c. 39.* Transactione quoque insignia obtineri constat exemplo trium Coronarum Sueciæ, quibus & Daniæ Reges ex conventionione utuntur, quâ de re supra *cap. 10. n. 40.* pluribus egi. Ita inter Hassiæ Principes & Comites Nassovios super Comitatu Catimelibocensi & Diecensi conventum est, ut utrique domui horum Comitatum insignibus in perpetuum uti liceret. Thuan. *Hist. lib. 5. p. m. 390.* Dressler. *part. 2. Isag. Histor. millen. 6. p. 517.* An etiam emptione acquiri possint insignia, quæritur? Resp. posse ea, quæ quis propriâ autoritate assumpsit vel ab alio emit, alienari, vendi & quocunque titulo transferri, juxta illud:

Emerat ille prius, vendere jure potest.

Quæ verò toti alicui familiæ competunt vel concessa sunt, non possunt in præjudicium successorum, vel cujuscunque ex illâ familiâ, alienari. Chaffan. *d. confid.* 38. *concl.* 5. quæ cautio non in emptione modò, sed & in ultimâ voluntate, donatione, omnique alienatione attendenda est, cum intersit Reip. (ut sæpe jam dictum) dignitatem suam cuique familiæ manere salvam, neque familiarum suboriri confusionem. Chaffan. *d. l. concl.* 44. n. 1. & *concl.* 45. Sunt etiam alii insignium acquirendorum modi, qui inter horum causas videri possunt. Hucusque de acquisitione Insignium, quibus de eorundem auctione, diminutione, mutatione & confirmatione, quædam subjicienda sunt. Harum rerum facultas residet penes Imperatorem, Reges, Principes omnesque qui summâ potestate præditi sunt: illis verò, quibus ex speciali privilegio conferendi arma jus competere *cap. preced.* diximus, hanc facultatem negandam putamus cum Nic. Everhardo *loc. legal.* 125. à *concess. antec. n. 3.* privilegia enim strictè interpretanda, nec extendenda ultra

- expressum verborum sensum. *cap. porrò. 7. & ibi gl. X. de privit. l. quicquid. 99. ff. de Verb. Obl. Gail. 2. Obs. 2. n. 14.* Augentur verò insignia easdem fermè ob causas, ob quas conceduntur, maximè ob eminentis virtutis gloriam & res præclare gestas: constat enim persæpè Principes eorum arma, quos præmiis maximè dignos iudicant, vel suorum integrorum vel partis eorundem accessione exornare, ut *super cap. me attigisse memini. De Ludovico Bavar. Imp. testis est Freherus not. ad Petr. de Andlo de Imp. Rom. lib. 2. c. 14.* quòd fratribus de Prato in præstitorum officiorum & fidelitatis memoriam concesserit, ut Leoni, quem in armis gerebant, coronam Ducatus Bavaricæ binis coloribus distinctam imponerent. Idem Imp. in honorem Stephani ex gente Columnarum, horum columnæ, quam in insignibus ferunt, coronam imposuit. *Jovius in vitâ Pompeij Columna.* Nec scutum tantum, sed interdum & galea incrementum hoc accipit: ita Rupertus Palatinus senior Comitum Nassoviensium galeam Leone aureo geminis cornibus interjecto adauxit: & Bela Rex Hungariæ Philippo & Bartholomæo Scalichiis coronæ suæ ornamentum concessit, teste *Freher. loc. cit.* Rodolfus Habsburgicus Tigurinatorum, quorum fidei strenuâque operâ in multis bellis usus est, insignia diademate purpureo ornavit: quod malè quidam cladis ad Vitodurum acceptæ, quâ urbis vexillum amissum est, indicium esse existimant. *Jos. Simlerus de Rep. Helvet. lib. 1. p. 34. b.* Ut insignia ob rem prosperè gestam augentur, ita ob admissum facinus vel rem infeliciter gestam, aut etiam ad proprium lubitum diminuuntur: sic Valentia à Jacobo R. Arragonum capta cum priùs quatuor liliis uteretur, tribus contenta esse iussa est. *Marinæus de reb. Hispan. l. 10. circa fin.* & Galli, qui olim indefinitum liliorum numerum in insignibus præferabant, postea tribus solùm uti maluerunt, ut *supra cap. 10. n. 21.*
16. monui. Mutatio insignium iisdem ferè modis contingit, quibus constitutio, ideoque ad horum causas maximè revocanda est. Addendum tamen victores devictis hostibus in subjectionis signum interdum insignia mutasse, cujus rei exemplum *supra cap. 7. n. 14.* in Witikindo Saxonum Duce attuli. Albertus Austriacus cum post devictum cruento prælio Adolphum Nassovium sexaginta Comites & Barones cum ingenti Nobilium

Hum turbâ cœpisset, horum plurimos, ut Comites Isenburgicos, Cattimelibocenses, Hannovicos aliosque in perpetuam victoriæ & captivitatis memoriam arma gentilitia immutare coëgit. Bernh. *Herzog Chron. Alsat. lib. 5. p. 62. & 76.* Cuspin. *de Imp. Rom. in Adolfo p. 375.* Besold. *Thef. Pract. V. VVapen.* ubi hæc rithmis antiquis Chronicorum MS illustrat. Ut augere & mutare, ita & confirmare insignia honoris causâ Principes solent, quod plerunque cum augmento & notæ alicujus honorificæ adjectione fieri consuevit. 17.

CAPVT XIII.

Loca & res, quibus insignia addi solent. Templâ. Scuta Nobilitium in templis. Quid significant. Quibus liceat præfigere. Opera publica. Sepulcra. Funera. Nummi. Græcorum. Romanorum. Modernorum. Lapides finales. Vexilla. Naves. Insigne navis. Tutela. Annuli. Sigilla. Aedes. Supellex. Charta. Inde calumnia sæpè deteguntur. Homines. Heroldi. Tabellarij. Apparitores, &c. Mancipia. Insignia sua rebus alienis vel aliena suis adijcere nemini licere.

Ad Subjectum insignium devenimus loca & res præcipuas, in quibus illa unicuique pingendi, suspendendi vel exprimendi potestas est, enarraturi. Loca illa vel publica sunt vel privata. Inter publica usui huic maximè templâ ac facella inserviunt, quorum vix hodie aliquod reperitur, quod non vel domini vel fundatoris atque patroni vel restauratoris sui arma clypeosque præferat. Nobilium etiam & illustrium virorum, eorumque qui insigne quoddam facinus patrâssent, scuta gentilitia templis inferre ad perpetuam virtutis & rei præclaræ gestæ memoriam, antiqui moris est. Refert Simlerus *lib. 1. de Rep. Helvet. p. 34.* & Stumpf. *Chron. Helvet. l. 6. c. 17.* Rodolfum Habsburgicum Tigurinorum illorum, quorum egregiam operam in bello Bohemico expertus erat, insignia honoris ergo in Franciscanorum templo depingi curâsse. Hic etiam Basileæ nobilium scuta ad parietes summi templi circumquaque affixa conspiciuntur, ut ex epist. Æneæ Sylvii adjectâ *Chron. Basiliensi* annotavit Gryphianus *de VVeichbild. c. 67. n. 23.* ubi idem de Norimbergensi & Hildesienfi templo observat, quibus addenda Argentoratense, Francofortense & alia plura. Morem hunc in ludis Equestribus seu Torneamen-